

DE ANNONIS CIVILIBVS LIB. XI. COD.

Singularis & noua Repetitio, scholis,
& foro versantibus non
inutilis.

*Auctore Licenciato Emanuele Mendez de Castro in Regia
Curia aduocato, & antea Conimbrica Voluminis Ca-
thedra Legum professore.*

D. Petro Barbosa Regni Portugaliæ Status Consiliario in supremo
eiusdem Regni Senatu, literarum optimo Mæcenati, &
vtriusq; iuris luminari clarissimo.

*Accedit, & alia Repetitio. l. cum oportet. C. de bon. qua. liber. nuper secunda editione excus-
sa magis aucta, & cum locupletissimo vtriusq; materia iudicæ.*



Madridi, Apud P. Madrigal. 1592.

Vendese en casa de Francisco Enriquez, librero.

Està tassado en papel en quatro Reales, y dos mrs.

D. PETRO BARBOSA
Regis Philippi status Consiliario &
literarum optimo Mæcenati, & protectori,
Suus Emanuel Castrêsis. S.

F F E C I S T I tandem cum me legendo Canimbricæ ex Salmantina Academia publico stipendio destinasses, ut nihil mihi magis elaborandum esse existimarem, quã voluntatis, & obligationis meæ ubiq; testes locupletes producere, & pro mea tenuitate, immensi abste collati beneficij gratiam referre, & ut tibi addictissimũ semper fore, quando quidem re nunc alia maiori, in hoc saltim leuissimo propense voluntatis argumẽto cognosceres. Nihil enim mihi optabilius aut gloriosius esse potuit, quã accerrimo tuo in æstimandis hominum ingenijs iudicio tanto muneri prælatum videri. Quarẽ me quisquis excusatum habebit, si tibi tanto virotã parũ munusculũ vouere ac cõsecrare ausum fuisse videat, cũ etiã nemini, præter te vnũ, nemo possit sanẽ sua, qualia fuerint, studia cõmittere; nã cũ tu vnus sis, qui literarũ Mæcenas, & sanctor studiosos beneficijs pelliceris, omnia tibi offerẽda ac dedicanda ratio ipsa expostulat. Ita enim Regnum Portugaliæ sapientissimis & literatis viris repleuiti, & suo quẽquã officio quasi á natura destinatũ elegisti, & præfecisti; ita paccatã Rẽpublicã, dũ eius clavũ sapientissimẽ tenes, nobis reddidisti, eã sanctissimis legibus, & documentis ornasti, & in meliorem frugem conuertisti, ut iam secula aurea nobis restitui, vnicuique rectẽ videantur. Nec enim quẽ meri-

EMANVELIS
CASTRENSIS IN

Conimbricensi Academia Voluminis
Cathedrae legum professoris,
à Philippo Rege Max. publico
stipendio ad legendum
conducti.

*Ad tres posteriores libros Codicis
Imperatoris Iustiniani.*

PROOEMIUM.



OSTQVAM Anno
superiori, non minori au-
diētium applausu, quàm
mea erga vos voluntas
expostulabat, aliqua ex
hoc libro vndecimo, &
duodecimo pro nostra
tenui, infirmaq; parte ex-
plicauimus; (nec enim
ad lib. 10. à prædecessori-

bus vicissim eruditissimè lectum, & sæpius inculca-
tū, sed ad inaccessos, & intricatos^a huiusmet libri ti-
tulos animum libuit appellere, qui ex magna vetu-
state, & longa obliuione immeritò erāt pro derelicto

^a Ita vocat Conan
lib. 1. comm. c. 10.
vbi in his libr. so a
coniectura eundū
esse affumat.

A habiti,

AD CELEBREM
IVSTINIANI CON-
STITVTIONEM IN

Lege cum oportet. C. de bonis
quæ liberis.

COMMENTARII VALDE
*necessarij, ex lectione substitutionis
Cathedræ primariæ.*

AVTORE EMANVELE MENDEZ
de Castro Olyssipponensi publico Le-
gum professore.



MADRITI

Apud Petrum Madrigal, 1591.

D. CHRISTOPHO-
ro de Mora Philippi Maximi
Hispaniarum Regis cubiculario,
Portugaliæ Regni, ac totius Hispaniæ status
pacis, & belli consiliario præstantissimo.

S. & P. F. suus Emanuel Mendez

de Castro. I. C.



*Illud antiquorum scripto-
rum moribus fuisse recep-
tum usq; in hodierna tem-
pora p̄ducta testatur con-
suetudo, ut qui studiorum
suorum specimen aliquod
in lucem efferi volunt, prius grauißimos
Principes, & Mæcenates adeant, quorum tu-
tela sibi, suisq; propugnaculum quaerint ad
uniuersa fortune discrimina munitissimum:
ut sic ab ijs, qui Zoylorum pestilentem sectam
animo profitentur, & opere sequuntur libe-
rari, ac veluti Aiacis clypeo tecti inuidorum
morsus, ac venenata tela euitare non solum
possent, sed & laborum perceptorum fructus
eorum excelentissimorum virorum patrocini-
o*

A

commi-

6

IMPERATOR IUSTINIANVS

A. Demosteni. P. P. Lex. vj.



V M oportet similem prouidentiam tam patribus, quam liberis deferri, inuenimus autem in veteris iuris obseruatione multas esse res, quae extrinsecus ad filios familias veniunt, & minime patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis bonis, vel quae ex maritali lucro ad eos perueniunt: ita & in ijs, quae ex alijs causis filijs familias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Siquis itaq; filius familias, vel patris sui, vel aui, vel proaui in potestate constitutus, aliquid sibi adquisierit non ex eius substantia, cuius in potestate constitutus sit, sed ab alijs quibuscunq; causis, quae ex liberalitate fortune, vel laboribus suis ad eum perueniant, eas suis parentibus non in plenum (sicut antea fuerat sancitum) sed usq; ad usumfructum solum acquireret: & eorum ususfructus quidem apud patrem, vel auum, vel proauum,

EMANVEL
 CASTRENSIS
 Iuris Consul. in Academia
 Salmanticensi extrauagantis
 cathedræ legum professor.

Ad. l. Cum oportet. C. de
 Bonis quæ liberis. Com-
 mentaria.

S V M M A R I V M.

- 1 Regula. l. placet, fuit in multis ab Imperatoribus limi-
 tata, & nouissime à Iustiniano in bonis aduentitijs.
- 2 Peculium quod duplex sit, & eius definitio.
- 3 Pater si concedat filio administrationem aduentitio-
 rum, in eis nullo modo tenetur pro filio, secus verò
 in profectitijs vbi in contractibus filij tenetur de
 peculio.
- 4 Intellectus nouus ad legem vendicatio. § 6. de rei vend.
- 5 Clerici bona intuitu Ecclesie quesita administrare, &
 peculij nomine tantummodo possidere dicuntur,
 atq; ideo de eis testare non posse iura statuunt.

C O N T E N T A P R I M A